



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

sufficiens testimonium perhibebat de eo. cum a nullo alio taliter fieri
possent. ideo destrues illos nunc per romanos principes irreparabiliter.
et non edificabis eos postea ut solebas olim post captiuitates reducere
eos. sed de hac captiuitate non reducent. scies christus homo complenda esse
omnia que petebat. quia iam exauditus gratias refert dicens. **Benedictus dominus**
quomodo exaudiuit deuotionem orationis mee. certe exaudiuit me dominus quoniam
Adiutor meus et protector meus est et in ipso sperauit cor meum in mor-
te. et adiutus sum in resurrectione. certe adiutus sum in resurrectione.
Quomodo refloruit caro mea procedens de tumulo incorrupta impassi-
bilis et gloriola. unde iam metu mortis consumpto libera voluntate. hi-
lariter et gaudenter pro me et fideles meos confitebor ei confessione laudis
merito fideles mei confitebuntur ei. **Quomodo dominus fortitudo in pugna con-**
tra dyabolum est plebis sue que credit et confidit in eo. et protector omnium que
passione filij sui sunt redempti tam in presenti quam in futuro eos consuadendo. in-
pello et adoro te domine sancte pro ut. Populum tuum ad salutem perducas.
quia et meus est. quia omnia mea tua sunt. et benedic ecclesie tue que est hereditas tua
virtutibus et numero augendo. et regere eos in hac mortali vita ne decli-
nent ad perniciam. et extolle illos a terrenis ad celestia eos glorificando eter-
naliter. **Psalmus xxxviii. in quo monentur afferre spirituales hostias**

Afferre domino volumetipos non corruptos erroribus. **quod deo filij dei**
estis filij apostolorum que vos genuerunt per euangelium que arietes dicuntur. tum
quia duces gregum fuerunt. tum quia duobus cornibus. id est utriusque testamenti au-
toritatibus prevaluerunt contra hereticos et superstitiones et pericula que dura
fronte eos diruerunt. Afferre domino deo patri gloriam. quia est omnis creature princi-
pium. et honorem quia est omnis creature finis. quod tunc deo afferimus quoniam exhibe-
mus nos tales in quibus deus honoret et glorificet. afferre domino filio que
est noticia intelligentie patris gloriam predicando eum equalem esse patri. et omnia
opera vestra ad eius gloriam dirigendo. adorate dominum spiritum sanctum qui est
sanctificator et inhabitator ecclesie sancte sue. ideo afferre domino gloriam que
Vox christi tam per se quam per suos fuit super multos populos. super quos ipse christus
rex glorie in humana natura terribiliter intonuit comminatione futuri iudicij
et frangere apostolice predicacionis per uniuersum mundum que mentes hominum ad
conuersionem hominum commouit. Vox predicacionis domini per se et per suos in virtute
quia cum operatione multorum miraculorum et vox domini in magnificentia. quia
simplices et indoctos magnificos fecit in omni sapientia. cui non poterat